Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

[...]sitorum finiatur. ministri ecclesie in
ecclesiam regrediantur. eadem psal-
modia qua et priores. Quibus
incedentibus, si qui forte in choro
vel stant aut sedent et si est
conventus mediocri inclina-
tione assurgant. et tunc prior
cimbalo tacto signum meridi-
ani faciat.

Surgentes igitur matu-
ra velocitate petant dor-
mitorium pausaturi usque dum
prius signum none cepit pul-
sari. ita ut nullus se subtra-
hat a consorcio meridian-
dum. et hii quorum persone singu-
laris effugiunt suspicionem non
qui communibus fratrum negociis
occupati aliquando compelluntur
abesse. Existentes vero illic
aut dormiant aut si volue-
rint legant vel orent. et non
solum silencium sibi insolu-
bile indicant. sed et signa ma-
nuum et nutus oculorum adin-
vicem quam lectum dirigant et stre-
pitum vel inquietudinem
nullam facere presumant.

Audito autem signo priore
quod nona insinuatur omnes
se levent. et provisis corpo-
ralibus necessitatibus cum processio-
ne lavatorium petant. tam
maiores quam minores et
pexis capitibus et lotis manibus
in conventum redeuntes expec-
tant secundum signum. Quo au-
dito simul procedant et intran-
tes chorum dominica oratione ex mo-
re premissa cantent nonam
diei. et sancte Marie. et vigilias
mortuorum cum placebo. et exeun-
tes ordinate intrent refec-
torium ut bibant. nullo se
subtrahente sive sitim pa-
ciatur sive non. ut et qui ne-
cesse habuerint reficiantur
et qui non habuerint non cogantur.

Stantibus autem cunctis ante
mensam prior scillam pul-
sabit. Sacerdos ebdomadarius
benedictionem dabit. et quisque
loco suo residens bibat si
voluerit. Post potum denuo
dato signo per batillum no-
le surgentibus omnibus et loco
quo prius steterant consisten-
tibus. dicto a priore versu. Sit
nomen domini benedictum. et respondentibus
cunctis. ex hoc nunc et usque